UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Noxalibus actionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

gitimis ſatiſdationibus.h.d.¶ Opp.quando certũ eſt quem non habere mandatum,non eſt locus cautioni de rato,vt l.j.ĩ.de pcu. Sol.Fallit hoc in conſorte eiuſdem litis,abſente alio poſt lit.con-
1 teſt.Circa qđ dic.†Aut plures conſortes habent eandẽ litem circa rem indiuiduam,aut circa rem diuiduã.Primo caſu põt vnus ſolus agere,⁊ defendere,vt l.ante.que incipit,ſi cũ vno.ff.ſi ex nox. cau.aga.⁊ ſi ſerui.ven.l.loci corpus.§.ſi fund⁹.Aut eſt res diuidua ⁊ tunc aut ante lit.conteſt.abeſt,⁊ non põt agere,niſi pro parte,vt ĩ.l.proxi.defendere vero poſſet in totum,ſicut quilibet extraneus, per l.ſoluendo.ff.de neg.geſt.⁊ l.ſolutio.de ſol.Aut poſt lit.conte. ⁊ tunc aut vult agere alijs inuitis,⁊ contradicentibus,⁊ non põt, vt l.ſi petitor.ff.de iudi.Aut alijs ignorantibus. ⁊ tunc põt agere preſtita cautione,de rato vt hic,de defenſione non eſt dubium.
2 ¶†Sed contra hoc oppo.⁊ videtur quod cautio de rato,non debeat interponi poſt lit.conteſt.vt l.Põponius.§.rati.ff.de procur. Sol.Illud eſt verum in eo qui interceſſit ante lit.conteſta.ſecus in eo qui interceſſit poſt lit.conteſt.vt hic qđ eſt notandum.Dicũt ta
3 men doc.quod ſi poſt litis conteſtationẽ†quis pateretur procura
b torem interuenire,⁊ tractare cauſe merita[b],antequã peteret cautionem de rato,quod petere non poſſet,arg.d.§.rati,⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Sine mandato.Et per iſta dico quod gl.no.in l.nemo ex ſocijs.ff.pro ſocio volens videre tacitum mandatũ eſſe inter ſocios,etiam ad licita,⁊ ad vendendum partem conſocij,non eſt vera nec in licitis,nec illicitis.Primo caſu contra ipſam eſt bona gl. cum tex.in l.de pupillo.§.ſi plurium.in verbo,alter de ope.no.nũtia.⁊ ibi per Rom.Pro hoc etiam facit tex.in l.proprium.cõia predio.licet ibi poſſit reſpõderi ſpeciale eſſe in ſeruitutibus in quo caſu requiritur ſingularis conſenſus.l.ſi.cõmunia predio. Item pro hoc eſt tex.in l.qui aliena.in fi.de nego.geſt.vbi actio negotiorum geſtorum datur,ſed ſi directum haberet mandatũ,competeret mãdati.igitur,⁊c.Sed etiam forte hoc non ob.qꝛ ſequeretur ꝙ ſi etiã tibi meo ſocio mando expreſſe aliquid in ſocietate, quod nunquã poſſit habere locum actio.pro ſocio,vel communi diuidundo,qđ credo verum.Item pro iſta parte multum ſtringit iſte text.nam ſi diceretur non habere mandatum,cum haberet adminiſtrationẽ, poſſet mouere actionem.§.ſed ⁊ ſi vnius.l.procurator de iniurijs. Item eſſet contra iſtum tex.vnde putarem ſic diſtinguendũ prout hic diſtinguit Barto.⁊ videtur Bartol.ſenſiſſe in d.l.nemo ex ſocijs,⁊ ibi vide Bald.aduerte tamen, quia gloſſ.in dict.§.ſi pluriũ. in verbo nocere.in fin.dum alleg.l.ſi quis putans videtur omnino velle quod ſocius poſſit facere ea que tendunt ad vtilitatem ſociorum,⁊ ſic etiam ad hoc habere mandatum. Ita videtur velle gloſſ.ibi omnino nota.

b ALEX.¶Et tractare cauſe merita.Adde quod not.per doctor. in l.nulla.ſupra de procu.⁊ iſtud dictum ponit Cy.hic:aliter tamẽ videtur loqui.

De noxalibus actionibus. Rub.XLI.

LEX II.

1 ☞Statuta recipiunt interpretationem reſtrictiuam,ne quis indebite damnum patiatur.

a
1 **SI ſerui.** [a]Tota die allegatur hec lex,⁊ eſt notabilis lex. Breuiter dicit.†[b]Ne aliquis indebite damnum patiatur verba ſtatuti recipiunt interpretationem.hoc dicit.Uide glo.ſuper verbo,ſaltem circa fin.quam no.⁊ tene menti.Et de hoc dic vt in l.omnes populi.de iuſti.⁊ iur.Et ibi allego tibi hanc legem notabiliter.

ADDITIO.

b P.PAV.P.¶Si ſerui.Circa iſtã legẽ ꝙ ſtatuta recipiant interpretationem paſſiuam a iure cõi,vide Ang.in quibuſdã allegationib. poſitis poſt conſ.cclxxxj.ꝙ incipit.In dei nomine in queſtione Jo. ad fi.no.tamẽ ꝙ ſtatutum magis trahitur ad aliud ius municipale quam ad ius commune,ſm Ang.ſingulariter cõſi.cccj.inci.quidam ciuis Florentinus,ad fi.Itẽ limitationes dicte regule vide p Panor.in c.cauſam.extra de dolo,⁊ contu.Uide etiã de confirmatione regule.Alex.conſi.cclxiiij.Item limita niſi ſit expreſſe correctum.Uide Pau.de Ca.conſ.cccxlviij.Uide Jaſ.in l.omnes populi.in ij.lec.ff.de iuſt.⁊ iure.Item ad intellectũ regule vide omnino Com.conſi.clxxvj.inci.ſtatuto Papienſi cauetur. ad fi.⁊ ibi etiam Pau.ꝙ non ita faciliter recipit interpretationẽ a iure cõi ſtatutũ, ſicut recipit aliud ius a iure cõmuni.Item dum ſolet limitari,⁊ nõ recipit limitationem ab illo iure ad quod corrigendu3 venit, vide omnino in contrarium Jaſon.in auth.preterea. C.vnde vir ⁊ vxo. Item ꝙ ſtatuta recipiant interpretationẽ a iure quãdo loquũtur in materia iuris,ſecus ſi in materia noua ⁊ ſeparata.Uide An.de But.cõſi.lxxix.ad fi.⁊ poſt princ. Item quod vnum ſtatutum trahatur ad aliud,ſed non vnum ius commune ad aliud, ⁊ per ipſum declaratur.Uide Pet.de Anc.conſi.xciij.inci.iſta dom. Joanna. prope fi.Quod autem ſtatutum debeat intelligi,vt aliquid operetur,poteſt reſtringi ad ius commune,vide Alex.in l.iiij.§.pretor.ff. de damn.infect.Item quod ſtatuta nõ recipiant interpretationem a iure communi in eo in quo ius commune introducit aliquod extraordinarie,vel per fictionem,vide Jaſ.vbi habes exemplum in l. omnes populi.in ij.lec.ad fin.ff.de iur.fiſ.

LEX III.

SI ue ſeruum. Actio criminalis contra ſeruũ, actio vero noxalis cõtra dominum proponitur.hoc dicit.cum l.ſeq.

Ad exhibendum. Rubr. XLII.

LEX I.

a **SI Dominum.** [a]actio ad exhibẽdum eſt precipua, ⁊ preparatoria ad rei vendicationem.hoc dicit,⁊c.

ADDITIO.

a ALEX.¶Si dominum.In actione ad exhibẽdum qualiter procedatur.⁊ quales probationes requirantur no.plene Spe.ſum. de cog.§.poſtremo.verſi. ſexto querendum an in eod. libello poſſit attentari cum rei vendicatione not.in titu.de act.⁊ pet.§.ſequi. verſi.⁊ not.quod dicitur.⁊ in titu.de iudi.§.vlt. videndum,⁊ not. dicta actio eſt arbitraria,⁊ not.Bald.in l.non ignorabit.j.eod.

LEX II.

1 ☞Perſona del res exhibetur teſtibus,vt eam recognoſcant.

SI criminis. Etiam ſi agendum eſt criminaliter, poteſt agi vt ſeruus
1 exhibeatur.hoc dicit tene menti.¶†Dico quod quando teſtes dicerent ſe non cognoſcere perſonam, vel rem nominaliter,ſed ſi eam viderent,quod recognoſcerent,quod debet eis res oſtendi, vt poſſint eam cognoſcere, vt hic,⁊ l.ſi cum exhibuiſſent.§.ij.ff.de public.⁊ dic vt ibi.

LEX III.

NEque ad. Sententia abſolutoria non nocet agere volenti de nouo ex alia cauſa.hoc dicit,⁊c.

LEX IIII.

1 ☞Qui ſemel poſſidet,quando preſumatur hodie poſſidere.

NOn ignorabit. Qui initio litis poſſedit adhuc hodie preſumitur poſſidere.h.d.¶Oppo.de.l.ſiue poſſidetis.j.de proba
1 tio.Sol.†Qui ſemel poſſederit, non preſumitur hodie poſſidere regulariter,vt in cõtra. Fallit ſi poſſederit in initio litis vel ſi poſſeſſor habeat cauſam ab actore.Ita dicit gloſſ.Non habetis hic alia.

LEX VII.

1 ☞Actio ad exhibendum,eſt perſonalis ſcripta in rem.
2 Exhibens rem deterioratam culpa,qua actione teneatur.⁊ num.
3 Actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris,ſed habet inſtar bone fidei.
4 Soluens partem rei,aut totam rem perfecte, quando,⁊ pro qua parte liberationem conſequatur, ⁊ qua actione contra eum agatur.⁊ num.5.
7 Recipiens rem deterioratam in ſolutione a ſoluente, quando petat iudicet ſibi in eſtimatione deteriorationis.

EXhibitionis Omiſſis truffis, aduerte,vt declarem tibi iſtã materiam difficilem, ⁊ hanc l.in text. que multum iam dedit mihi de labore, breuiter dicit. Qui rem deterioratam ſua culpa exhibet,in factum actione tenetur.h.d. Diuide. Primo ponit dictum ſuum ſub nube.Secundo illud determinat, ⁊ declarat.
1 Secunda ibi ita, vt qui rem. ¶Ad euidentiam premitte,†quod actio ad exhibendum eſt perſonalis ſcripta in rem,vt l.de co.§.fin. ff.eod.⁊ differt a mere reali. qꝛ perſonalis in rem ſcripta datur contra poſſidentem, tanquam contra obligatum. Sed actio in rem non preſupponit obligationem, hoc premiſſo pone caſum. Ille contra quem fuit actum ad exhibendum,fuit condemnatus,vt exhiberet, qui exhibuit, ⁊ in exhibendo, dolum, vel culpã commiſit. Quero vtrum ipſe teneatur aliqua obligatione propter dolum vel culpam in exhibendo commiſſam? Reſpondet Imperator, ⁊ dicit quod ſic.Hic primo vide literam ſuper verbo, neceſſitate tenetur ſcilicet obligatione,qua quis tenetur exhibere.¶Sequitur ſecunda pars. Domine Imperator,ille qui in exhibendo commiſit culpam licet ob hoc ſit obligatus, conueniretur actione ad exhibendum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN